



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 34. Caroli V. Imperatoris obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. res transiisse, eorumque animis altius
A.C. 1558. infedisse videtur (*).

§. XXXIV.

Caroli V. Imperatoris obitus.

Thuan. l. 21. n. 6. Ant. de Vera hist. de Charles V. Ferventibus hisce tumultibus, quibus magis adhuc Pontifex, quam Ferdinandus agitabatur, Carolus V. hoc anno die vigesima prima Septembris Divo Matthæo sacra, in suo ad sanctam Justum recessu obiit, postquam quinquagesimum octavum ætatis suæ annum, septemque Menses demptis tribus diebus expleverat; natus enim erat Anno Christi millesimo quingentesimo in die festo S. Matthiæ: Ceterum die ultima Mensis Augusti febri corruptus, altera post die conscientiæ sūæ maculas pœnitentiæ lavacro eluit, ac cum singulari pietatis affectu Sacra Synaxi refici voluit: cum autem malum magis, magisque ingravesceret, rursus superioris vitæ pecca-

(*) Quisnam, num Catholicus, vel hæreticus, num suspectæ, vel probatæ fidei Historicus fuerit, reticet Continuator, ne hujus reflexionis æquitas, vel iniquitas dignosci valeat: qua autem ratione adeo asseveranter de Ferdinando I. piissimo Cæsare afferere audeat, quod Romanam coronationem non nisi inanem, & superfluam solemnitatem reputaverit, haud perpicere possumus.

peccata in sacro tribunali detexit, at- Sæcul. XVI.
 que altera jam vice cœlesti pane ani- A.C. 1558.
 mam suam communivit: cumque vitæ
 suæ finem instare cognosceret, omne
 temporis momentum sedulo impendit,
 ut se se ad postremam hanc luctam dis-
 poneret; nam frequenter intimi' dolo-
 ris, ac pœnitentiæ affectus exerens
 quaindam Crucifixi imaginem, quam
 per plures annos asservaverat, tenero
 amplexu venerabatur: tandem vero in
 supremo vitæ articulo versatus circa ho-
 ram secundam matutino tempore ani-
 mam Deo reddidit. Hic fuit exitus
 Caroli Imperatoris, qui anno regni sui
 quadragesimo quarto, imperii vero tri-
 gesimo octavo rebus humanis valedice-
 re coactus est.

§. XXXV.

Indoles hujus Imperatoris.

Enimvero nullus huic Cæsari justum *Vera l. c.*
 denegare potest elogium, quod sibi
 præclaris animi sui dotibus merito ven-
 dicavit; licet nævo suo haud caruerit,
 nam Princeps ecquidem erat humanæ
 prudentiæ eminentia clarissimus, ad
 grandia, & ardua molienda intrepidus,
 sed facile in adversis fluctuans, qualem
 se se cum Mauritio Duce, necnon in

E 2 sua